

Sb

3703

F. 224



N. 4772

706.

S Y S T E M A  
P L A N T A R V M S E X V A L E  
A D N A T V R A M C O M P O S I T V M

Q V O D

I N V N I V E R S I T A T E L I T E R A R V M W I T T E B E R G E N S I

D . V I I I . A P R I L I S   M D C C L X V I I

A D D I S C E P T A N D V M P R O P O N V N T

P R A E S E S

I O A N N E S   D A N I E L   T I T I V S

P H Y S I C E S   P R O F .   O R D .

E T

R E S P O N D E N S

C A R O L V S F R I D E R I C V S P F O T E N H A V E R A . M .

W I T T E B E R G E N S I S   S A X O

---

W I T T E B E R G A E

L I T T E R I S C A R O L I C H R I S T I A N I D Ü R R I E  
A C A D E M I A E A T Y P I S .

2 VITIT KOEN. FRIED.  
UNIVERS.  
ZU HALLE.

563703




VIRIS  
ILLVSTRISSIMIS GENEROSISSIMIS  
EXCELLENTISSIMISQVE  
**P R A E S I D I**  
AC  
**P R O P R A E S I D I**  
SENATVS IN SAXONIA ECCLESIASTICI  
EIVS DEM QVE  
**A S S E S S O R I B V S**  
ATQVE  
**C O N S I L I A R I I S**  
MAGNIFICIS ILLVSTRBVS SVMME REVERENDIS  
AMPLISSLIMISQVE  
**P A T R O N I S**  
PIE DEVENERANDIS  
HOC LABORIS ACADEMICI SPECIMEN  
TESTANDI PVBLICE DEVOTISSIMI ANIMI  
GRATIA  
SOLENNI CLIENTIS RITV  
D. D. D.

S I M V L  
DEVM OPTIMVM MAXIMVM  
ARDENTISSIMIS PRECIBVS RELIGIOSISSIME  
VENERATVR  
VT HOS CIVITATIS  
S A N C T I O R I S  
P R O C V R A T O R E S  
L I T T E R A T A E  
M A E C E N A T E S  
S V M M O S  
NVMINE SVO CLEMENS DEFENDAT  
A C  
SALVOS IN SERAM POSTERITATEM PRAESTET  
ATQVE INCOLVMES  
QVO NOVIS IN DIES FELICITATIS  
INCREMENTIS LOCVPLETATI  
ET IPSI FLOREANT  
ET SAXONIAE FLOREM PRISTINVM  
SVORVM C O N S I L I O R V M S A P I E N T I A  
RESTITVERE ADIVVENT  
T A N D E M  
SE FORTVNASQVE SVAS OMNES  
I P S O R V M P A T R O C I N I I S  
TVENDAS SVBIICIT  
C V L T O R O B S E Q V E N T I S S I M V S  
M. CAROLVS FRIDERICVS PFOTENHAVER







**P**lantarum atque animalium, quod viuant, quod nutrientur,  
quod prolem diuersi ope sexus propagent, conuenientiam  
miram non tantum afferi, sed in earundem diuisione ple-  
rumque etiam adhiberi, inter omnes constat. Autoritate enim iu-  
xta ac excellenti doctrina ill. Linnaei est effectum, ut repudiatis an-  
tiquiorum distribuendi legibus, noui isti plantarum amores, insi-  
gnium plausu Botanicorum excepti, finium regni vegetabilis diu-  
dundorum sola fere regula coeperint esse. Plantarum sexus, licet a  
nemine, nisi plane occaceato, forte negari possit, tamen discernenda  
rum illarum ratio, an ex eo deriuari debeat, in dubitationem do-  
ctissimi sunt adducti. Staminum quidem atque pistillorum cum organis  
animalium genitalibus comparatio in omnium oculos, dubio maior,  
incurrit, et analogiae vegetabilium cum animalibus certissimum ha-  
betur fundamentum: sed idem in diuidendo ut possit haberi, oppo-  
ido non sequitur. Similitudine in vegetabilibus animantibusque ge-  
nitalium sine praeconcepta opinione peruestigata, corundem fabri-

ca haud aequa ad eum, ad quem creditur, comparata finem esse videtur. Pollen antheris inhaerens per stigma in fundum pistilli de plurimorum delatum sententia, oua ibidem impraegnat atque sic foetus inde nascituri conceptio contingit. Pollen, inquit Linnaeus (*Syst. edit. X. T. II. p. 827*), vesiculare, inspersum rorido stigmati, rumpitur ab humidi contactu efflatque elaterem absorbendum ad feminam, nouam uitam resuscitando. Haec quidem obseruatio dignissima memoratu est, sed fecundationis aliam in plantis legem haud aquaquam excludit; quin potius illis, qui partim pistilli atque filamentorum usum, partim liquoris in polline contenti circulum prorsus aliud, quam Linnaeus, docent, cogor assentiri. Et hi sunt, qui pistillum, id quod in nonnullis eius conformatio aperte prodit, pro vase digestorio, ad succum aliquem subtilem irrorandis ouulis aptum, solaris aestus et aeris beneficio praeparandum, venditant. Vasa deferentia, in quibus pollinis liquor deorsum mouetur, et ad ovarium per canales deuechitur inuicem respondentes, ipsis stamina cum antheris coniuncta sunt; quoniam stamina aequa ac florum folia, ut nectar, siue nutriendis siue secundans, libere in illud defluere possit, venas suas in ovarium usque pistilli obuiam experientiae est agere.

Quanquam igitur systematibus plantarum hoc modo semper quidquam adhaeret imperfectionis, neque oboris quotidie nouis terra marique exemplis vegetabilium incognitis, unquam aliquod omnimode perfectum expectamus: erudit tamen in digerendis plantarum classibus, quae indicem saltem nunc magis nunc minus commodum praebent, haudquaque incassum laborarunt. Quid, quae so, systemata botanica artificialia? differentiarum in plantis qua folia, qua calicem, qua flores, qua fructus et determinationes, ex quibus faciliore quisque methodo classes, genera, species constitutre plantarum potest; sed ad distinctam earundem cognitionem minime ducunt. Quod tandem sistema systemati preferendum sit, scire supereft; nec, quae diuidendi plantas ratio, tanquam optima, ceteris anteponi mereatur? haud paruae rei iudicium puro. Plurimi





Plurimi scientiam vegetabilium valde docti hanc illustris Linnaei sexualis optimam iudicant esse. Id, quibus argumentis inducti, sic iudicant, sicut proditum memoriae ab ipso, et ab proximis horum temporum scriptoribus fuerit: ita meas opiniones, coniectando rem satis agitaram, non interponam. Tamen Linnaei, in qua multum ingenii et allegoricae inest facilitatis, methodo principibus placere viris, non mediocre laudi ducitur, quae maxima sui parte in memoriam posterorum iam promineat.

Flores, qui antheris et staminibus instructi, masculinos, qui pistillis, foemineos et dici, et esse, equidem non negauerim; ab his vero partibus divisionis principia peti debere, vehementer ad dubito. Noa enim est, cur philosophia botanica in differentiis, quae definitionem nominalem prorsus vitiant, allegoricas veretur? Botanica, Linnaeo duce, allegoricas quin immo, symbolicas notiones, multo studio ex scientiarum doctrina iam proscriptas, quasi per postliminium, haud sine insigni ambiguitate reducit; et per hermaphroditos, androgynos, hybridos cert. flores analogiam animalia inter et plantas, sexu florum vteunque stabilitam, ex parte tollit. Allegorico physicam vestitum incedere hoc minus decet, quo magis ad decus et ad cognitionis humanae laudem interesse existimo, naturam rerum quibuslibet imaginationum ornamenti exutam habere, neque, vt, qui istud assertum eunt, secretas eius operationes pulchro quodam velamine cooperiant, vllatenus parti.

Fructus atque flores in plantarum distributione usui hucusque omnium optimo fuerunt. Immissa falce locum hunc primo aperuit Tournefortius, quem qui secuti sunt largissimam messem fecerunt. Sed, ne nimia ingenii indulgentia rem magis iucundam quam utilem efficiamus, in condendis rerum generibus summa opus cautione est. Genera, vbiunque habentur, ex conceptibus vniuersalissimis, in unum notarum similitudine collecta, constant, sub quibus res actu existentes, tanquam inferiora, collocantur. Hinc ill. Linnaeus, quod genera plantarum suprema ab horum aut diuersitate aut similitudine duxit, laudari prorsus mere-

¶ ¶ ¶

tur; minime vero, quod ab sexus, ab nuptiarum, maritorum, vxo-  
rum, ab affinitatum diffinitatumque ideis ac nominibus sibi non tem-  
perauit. Florem in masculum et foemineum diuidere, non est ipsam  
diuidere plantam; vt pote quae longo satis tempore flore caret, et  
tamen eiusdem speciei manet planta, criteris propriis et fixis ga-  
uisa. Vnde factum est, ut vegetabilium scientia generaliori, quam  
plantarum, sensu accepta, et Phytologus a Botanico discretus fuerit.  
Veteres cum nominibus notiones mutare, nisi in melius, haud qui-  
dem licet; quod, an in divisione sexuali factum sit, me iudicent  
oculatores.

Quapropter, quod ad huius systematis nomina, num satis apta,  
et rei adcommodata sint? in praefens non disquiro, quin etiam clau-  
uem systematis examinare, et de singulis quaerere vocabulis, nimis  
prolixum, et ab instituto fore alienum. Sic hermaphroditos flores,  
nuptias, easque publicas, clandestinas, sic monoclinias, diclinias, sic  
flores didynamios, tetrodynamios, diadelphios, sic plantas monoe-  
cias, dioecias, aliaque noua vocabula lectori offendiculo futura, non  
vanus auguror; e contrario illis, qui systematis haec, cuius neque  
modus ullus perspici, neque examen institui potest, allegoria dele-  
stantur, minime inuideo voluptatem. Numerum staminum in qua-  
uis plantae specie vel oculis discernere armato datum quidem, sed  
difficulter. An vero pistillum in eodem flore vere multiplex sit, af-  
firmare non ausim, cum eruditissimi homines Tournefortius ac  
Ponderera tubam floris non numero, sed forma et fabrica differre  
arbitrantur; statuentes pistillum in plantis aliud magis et promi-  
nens, aliud exiguum et vix conspiciendum, aliud simplex, compo-  
situm aliud; hic foliosum, incurvatum, divisum, bifidum, multi-  
fidum; illuc flosculosum, ramosum, rel. esse. Quae si vera sunt,  
cerre digyniarum, trigyniarum et generatim polygyniarum ordines  
corruunt, nisi Linnaeus (*edit. X. p. 840.*) numerum pistillorum a  
basi stylis, eo autem deficiente a numero stigmatum desumi, caute-  
monuisse. Pistillum prorsus multiplex esse, et pro diuersis, e qui-  
bus constat, stylis cum diuersis ovarii loculamentis cohaerere, re-  
centi





centi obseruatum est tempore; ita quidem, ut uno vel altero eius stylo resciſo, huius, in quo exiit, loculamenti semina prorsus refliterint infecunda, reliquis, quorum integri remanerint, grauidis et increſcentibus laete. Interim in hanc me disputationem immittere, atque pistillum multiplex, quo explicatius meum institutum sit, in dubium vocare nolo.

Vt unque res sit, in Linnaeana tamen methodo haec diuidendi ratio, quae a staminibus classes, atque ab pistillis ordines ducit, male me habet. Potius ab his classes, ab illis ordines accipiendi mihi videntur; constitutis tandem, de staminum et antherarum varietate, generibus. Etenim primo pistillorum non tanta, quanta staminum, varietas est, consequenter classes ab illis acceptae non adeo, quam ab his deriuatae, multiplicantur; et genera superiora, bonae diuisionis regulis est caustum, quantum fieri potest, facere quam paucissima. Secundo pistillum pars plantae certo primaria est; quo deficiente nullus unquam flos fecundus erit; contra staminibus destitutus fructum saepe producit. Ex illo floris fecunditas; contra ex his infecunditas tantum judicari potest. Terrio staminum et pistillorum numero et constructioni nouum aliquod plantarum systema inaedificare opus non fuisset; vt pote quae ad floris partes pertinent, et ab nullis non anthologis accurate sunt descripta. Itaque methodum Tournefortianam his supplerre subsidiis, singulis Tournefortii plantarum generibus numerum et conformatiōnēm staminum subdere atque pistillum pro stylorum numero, aut pro naturali forma, melius describere satius fuisset.

Staminum multitudo atque pistillorum, licet discriminis loco inferiat in floribus, sexus tamen distinctione in systemate botanico commode supersedemus. Carer, ut dixi, fundamento, et quibusdam, a quibus nec ab inuentore liberari satis potuit, laborat defectibus. Consideremus plantae organis̄mum, qui ex petalorum staminumque cum ovario et pistillo oritur connexione; consideremus modum, quo succus ex caule per floris calicem, ex hoc per petala, ex his per petalis

petalis saepe eam ob causam accreta stamina, ex his per antheras eius turgescentes affluxu, et polline oppleras, funditur. Iam ex antheris remanat in stamina, unde tandem intrat ouarium, et fecundationis opus ibidem absolvit. Quam naturae satis euictam suisque adstrictam legibus operationem procul habere, atque aliam infrequentem, et in distans per saltum, vbi meliora adsunt, actionem eidem anteponere nihil iuuat.

Recitatum paulo ante fecundationis modum, quo non polline integro, sed liquore pollinis subtili in stamina refluente perficitur, multis probare haud est necesse; sufficit nonnulla cum in finem adducere momenta. 1. Dantur plantae, in quarum antheris nihil pollinis, quod per aerem dispersum possit delabi in pistillum, insider. Insider eius loco humor, guttatum in capitulis staminum, ut in lichnide viscaria, haerens viscosus. 2. Apex pistilli, vt pollen forte illabens, admodum difficulter in stigma fese insinuet, erinibus dense saepius obstitut est. 3. Succo, quo pollen plerumque interdicitur descensu, pistillum intus haud infrequenter repletur. 4. Nonnunquam pistillum, vt in caryophyllis, nunc acuminatum est, stylis non men inde naetum, nunc apice reflexum immittendo pollini haud idoneum. 5. Pollen in pistilli, cui forte adiectum est, capitate descendere, parum probabile esse, inferior pistilli fabrica in diuersis docet plantis. 6. Quibusdam plantis antherae glabrae sunt, et ouorum instar, vt in digitali, penitus oclusae; quibusdam polline destituta, intus recurvata, viscoso oblinata glutine, cuius nihil in pistillum transferri potest. Quae quidem omnia, si fecundatio polline in pistillum per stigma delato perfici dicitur, vt difficilia explicatu sunt: sic e contrario si liquor pollinis in stamina refluere, et inde ad ouarium sua sponte deferriri admittitur, cognitu euadunt facillima. Quam cunque adeo sententiam aliquis amplectitur, pistillum semper pars fecundationis necessaria, et organon eius primarium erit.

Pollen integrum non quidem intrare pistillum, sed stigmati adiectum dissilire et liquorem subtilem emittere, stigma irrigare, postea





stea per pistilli tubam ad ovarium descendere, ouaque impregnare ibi contenta, sunt, qui contendunt. Addunt, interdum stamina floris omnia fuisse praescisa, nihilque adeo liquoris per ea ad ovarium defluere potuisse, pollen tamen stigmati insperatum liquor in tubam demississe pistilli, et femina in receptaculo impregnasse. Annon vero experimento hoc probatur, fecundationem liquoris per pistilli cauitatem descendantis beneficio, deficientibus staminibus, insolito more ab natura perfici, si solito eam absoluere impeditur?

Systemati sexuali eam, qua certe pollet, perspicuitatem, sublata allegoriae nebula, restituere, opera si pretium esset, ad sequentia potissimum attendi oportet. Primo quidem loco cuiuslibet plantae flos proprius et peculiaris relinquendus, et nulla inter plantas ab se remotas alia in distans actio, quam quae ex eius exhalationibus per aerem dispersis et descensu vicinos recipientibus oritur, esset excogitanda. Quo facto sexus, etiam si plantis sit, in divisione generali esset omitendum, neque de nuptiis plantarum, de earundem affinitate, consanguinitate quidquam memorandum. Tum stamina et pistilla, quorum cum animalibus genitalibus comparatio sic sponte naturae corruit, rectius huiusmodi machinis aequiparanda forent, quae ex vesiculis, ex vasis succum praeparantibus, afferentibus atque deferentibus vegetarium, experientia magistra, constant. Neglecta hac comparatione, evitantur simul florum ab sexu et cohabitatione mutuatae denominations; et foliis staminibus instructi, *staminei*, vel græca origine *stemonii*; solo autem pistillo, absque staminibus, *poloſtori* nuncupari possunt. Namque pistillum, quoniam in medio semper floris erectum appetet, licet figura, magnitudine, fabrica saepe diuersum sit, recte dicitur polus. Denique, staminibus iuxta ac pistillis, qui gaudent, flores *poloſtemonii* appellantur.

Ad hanc nominum genericorum emendationem totam plantarum seriem, pro staminum et pistilli discrimine licet disponere: quod scilicet gaudent

B

I. FLO.



## I. FLORE VISIBILI

1. STERILI, s. stamineo; vbi pistillum vel polus deficit —  
*unfruchtbare Spitzblumen.*

### 2. FECUND

a) *Poloſtolo;* cui pistillum constans sine staminibus in-  
est — *unvollständige Fruchtblumen.*

β) *Poloſteſmonio,* in quo pistillum inter stamina conſpi-  
tur — *vollständige Fruchtblumen.*

## II. FLORE INVISIBILI; nondum ſufficienter inuestigato vel de reto.

Plantarum ad propagationem flore sterili plantae cum non ſint  
aprae, et ouulis, pistillo deficiente, careant, ſingularem ſub ſe aliam  
vix comprehendunt classem. Quare ſtatim hunc eorundem, quo  
plantae vegetatione impedita, et corrumpo eius organismo, petala  
tantum cum annexis staminibus producta ſunt, arbitror accidenta-  
lem. Quin etiam vegetationem ab peralii ad stamina progredi, e qui-  
bus ſi vegetationis ſuccus haud copioſe regreditur, et in floris  
basi deponitur, futurum pistillum vegetationis nutrimento deſti-  
tutum, in flore deficit, apparet. Contra ea, ſucco in fundum ca-  
licis largiter deſſuente, pistillum non ſolum non prouocatur, ſed  
in variis quoque excreſcit stylos; adeo, vt viſcus hocce, ſue ex  
medullari caulis ſubstantia, ſue ex aliis liqueſcentibus in floris  
basi proueniat fibris, ſine humore petalarum ſtaminumque nutritio-  
rio magna affluente vi adoleſcere nullatenus poſſit. Hac igitur ſte-  
rilium plantarum aut plane ſepofita claſſe, aut ſolo generali reten-  
ta nomine, ampliſſima fecundarum regio in tres commode prouin-  
cias dirimitur: in

PLAN.









PLANTAS I. POLOFLORAS; flore secundo, pistillo solo absque staminibus, instruō — *fruchtbare Stämpeblumen; unvollständige Fruchtpflanzen, ohne Blüthsitzen in den Blumen.*

II. POLOSTEMONIAS; flore secundo pistillo staminibusque instruō — *vollständige Fruchtpflanzen; Fruchtpflanzen mit Stämpeln und Spitzen.*

III. INCOGNITAS s. incertas; quarum flores nondum sunt detecti — *Pflanzen von unentdeckten Blüthen.*

Ex his, quae anandrias plantas continet, prouinciis, primam Linnaeus, acceptis a virili sexu classibus, tacitus praeteriit; saltem eas inter dioecias et polygamias collocandi negotium imposuit lectori. Tertiam, quam cryptogamiarum nomine vendidit, in filices, in muscos, in algas, in fungos partitus est. Superest vna polostemoniarum prouincia, secundum stamina atque pistilla in suas disponenda classes et ordines; sola quidem totum fere systema sexuale complectens. Et mota iam antea quaestio: polostemoniarum plantarum diuisionem ab staminibus rectius, quam a pistillo, inchoare conueniat? heic loci recurrit; ita quidem, vt a pistillo ad stamina, post ad petala, ad calicem, ad caulem, ad thalamum et ad reliquas plantae partes, ex centro floris ad totum eius ambitum, progrediamur. Pistillum, siue unicum siue multiplex, negari certo nequit, principem esse floris partem, et omnem plantae organismum vegetationemque in centro quasi finire. Ex caule calix, ex calice petala atque stamina, receptaculo insidentia, ex receptaculo demum, medio loco pistillum atque tuba oriuntur.

Linnaci a pistillis desumti ordines lustranti, quam exiguo sint numero, in oculos statim incurrit. Staminum, qui pistillorum valde superat, numerus, ordines potissimum ab pistillis esse ducendos



autorem diuidendi regulos secutum monere potuisset. Ab his pistillis, quum nostram hanc distribuendi rationem, tanquam ab prima origine, repetere animus est, vxorum cum polorum communare nomine, in duarum, trium, quartor, decem, multarum feminarum locum, duos, tres, quatuor, et sic porro, substituere polos, atque Linnaei plantas monogynias, digynias, trigynias, in genere polygynias, flores monopolos, dipolos, tripolos, polypolos appellare; his demum classibus a numero staminum peritos, floris monostemonii, distemonii, tristemonii, polystemonii, ordines subiungere nobis licet. Quaelibet dynamiarum species, stemoniorum cui liber florum ordini, pro staminum longiorum numero, ut flos monopolus tetraстemonius, duobus staminibus longioribus, annecti potest. Pari modo in affinitatibus monadelphia, diadelphia, polyadelphia, quae ibi dicuntur, hic flores, vbi stama filamenti in unum, duo, plura corpora sunt concreta, audiunt; syngenesia, vbi stama apicibus connecta; Gynandria, vbi stama pistillo cohaerent; Monococcia, vbi flores partim steriles, partim secundi in eadem planta reperiuntur androgyna; Diococcia, vbi individuum eiusdem plantarum speciei unum omnes steriles, alterum omnes secundos progignit; Polygamia, vbi flos multiflorus in medio secundos solos, circumquaque autem secundos cum infecundis intermixtos alit. Quorum quidem omnium ratio ex clave systematis quadantenus dignoscitur.

Sic facilis cognitu, opinor, systematis sexualis Linnaeani euadet commutatio, cuius quod sine laudis memoria reticere nolo, dux mihi olim b. Kleinius fuit, cum ipsi naturae ex eius scriptis, rerumque naturalium dispositione, praelectionum academicarum caussa, in tabulas redactum offerrem systema, siue sceleton, sua vt luce collustraret emendareque precatus. Id non solum fecit vir officiosissimus, sed plantarum distributionem Linnaeanam, a me usurpatam et laudatam, non nullis ex penu Fischeri, certe summi harum rerum iudicis, locupletauit momentis, ex quibus aliam florum naturae conformem, nec tamen autoris menti incongruam, divisionem breui post confeci; confitam autem, vt ipsum sceleton, hostilis furore incendii, octo abhinc annis





annis, amisi. Quaecunque itaque hoc loco depromere datur, ea ex ante scriptis et meditatis, cum haec milii subnascetur disseundi occasio, in vnum congesisti, vt inde suboriretur generale systematis plantarum sexualis ad naturam compositi.

### S C H E M A

FLORES secundi, h. e. pistillo et staminibus gaudentes sunt:

I. MONOPOLI — Linnaco: *Monogyni* instruti pistillo unico.

I. MONOSTEMONII — Linn. *Monandri*, ob stamen unicum.

II. DISTEMONII Linn. *Diandri* ob stamina duo; quae

**DISCRETA** in flore

- α) regulari
- β) irregulares
- α) angiospermo
- β) gymnospermo.

**CONCRETA** pistillo — Linn. *Gynandri*.

III. TRISTEMONII L. *Triandri* a staminibus tribus

**DISCRETIS** calice

- α) vix villo
- β) perianthio
- γ) spatha
- δ) gluma.

**CONCRETIS** pistillo L. *Gynandri*.



I. MONOPOLI Linn. *Monogyni*, instructo pistillo vnico.

IV. TETRASTEMONII L. *Tetrandri*, a quatuor staminibus

**DISCRETIS**

aequalibus

- α) calice communi
- β) flore stellato
- γ) — vario
- δ) — incompleto.

inaequalibus, duobus longioribus. Linn. *Didynamii*.  
gymnospermi, petalor. lab. supremo

- α) nullo
- β) erecto
- γ) concauo
- δ) galeato.

angiospermi, feminibus pericarpio testis

**CONCRETIS** pistillo. Linn. *Gynandri*.

V. PENTASTEMONII Linn. *Pentandri*, staminibus quinque

**DISCRETIS** in flore

1 imperfecto

2 petalo 1 feminibus 4

3 — — — 2

4 — - - 1

5 — - capsula 1 loculari

6 — - - 2 —

7 — - - 3 —

8 — - - 4 —

9 — - - 5 —

10 — - baccis

11 peralis 5 aequalibus

12 — - inaequalibus

**CONCRETIS**; per filamenta in unum corpus L. *Monadelphi*.

— — — cum pistillo L. *Gynandri*.

I. MO.









I. MONOPOLI Linn. *Monogyni*, instructi pistillo vnicō.

VI. HEXASTEMONII Linn. *Hexandri*, ob stamina sex; eaque

**AEQVALIA** in flore

- 1 incompleto sex peral.
- 2 — — 1 petalo
- 3 completo
- 4 spathaceo
- 5 inuolucrato
- 6 glumoso
- 7 apetalo

**INAEQVALIA**, quatuor longioribus Linn. *Tetradynamii*

Fruſtu ſiliculoflo

- a) Pericarpio vniloculari
- β) — biloculari opposto
- γ) — — parallelō

Fruſtu ſiliquoſo

CONNATA filamentis in duo corpora L. *Diadelphi*.  
— pistillo — L. *Gynandri*.

VII. HEPTASTEMONII Linn. *Heptandri*, ob stamina septem.

VIII. OCTOSTEMONII Linn. *Octandri*, — — octo.

IX. ENNEASTEMONII Linn. *Enneandri*, — — nouem.

X. DECASTEMONII Linn. *Decandri*, — — decem.

**DISCRETA**

- α) antheris bicornibus
- β) staminibus irregularibus
- γ) — regularibus
- δ) calice nullo.

I. MO.

I. MONOPOLI Linn. *Monogyni*, instructi pistillo unico.

X. DECASTEMONII Linn. *Decandri*, ob stamina decem.

CONCRETA in corpus

$\alpha$ ) vnum — Linn. *Monadelfi*

$\beta$ ) duo — Linn. *Diadelphi*. Fructu

1 siliculoso

2 incurvo irregulari

3 leguminoso ord.

4 biloculari.

$\gamma$ ) cum pistillo Linn. *Gynandri*.

XI. DODECASTEMONII Linn. *Dodecandri* propter stamina duodecim.

XII. ICOSASTERMONII, Linn. *Icosandri* ob stamina viginti, calici annata, fructu

$\alpha$ ) drupa

$\beta$ ) bacca vel pomo

$\gamma$ ) capsula.

XIII. POLYSTERMONII Linn. *Polyandri* ob stamina viginti, plura, receptaculo annata

DISCRETA calice

1 caduco

2 persistente

3 tabescente

CONCRETA I. in corpus vnum Linn. *Monadelfi*

2. — corpora plura Linn. *Polyadelphi*

3. pistillo — Linn. — *Gynandri*.









II. DIPOLI, Linn. *Digyni*, flores pistillo duplici.

I. MONOSTEMONII Linn. *Monandri*, ob stamen unicum.

II. TRISTEMONII — Linn. *Triandri*, ob stamina tria.

1 flore glumoso

2 — paniculato

3 — perianthio instructo.

III. TETRASTEMONII — Linn. *Tetrandri*.

1 flore vario

2 Bifolicularis

3 Umbella simplex

4 — composita, sine inuolucro

5 — — cum inuolucro particulari

6 — — — — particul. et vniuers.

V. HEXASTEMONII Linn. *Hexandri*.

VI. HEPTASTEMONII L. *Heptandri*.

VII. OCTOSTEMONII L. *Octandri*.

VIII. DECASTEMONII L. *Decandri*.

IX. DODECASTEMONII L. *Dodecandri*.

X. ICOSASTERMONII L. *Icosandri*.

XI. POLYSTERMONII L. *Polyandri*, ob stamina viginti plura.

DISCRETA

CONCRETA in vnum Linn. *Monadelphi*.

— plura L. *Polyadelphi*.

— pistillo L. *Gynandri*.

III. TRIPOLI Linn. *Trigyni*, ob pistillum triplex.

I. TRISTEMONII Linn. *Triandri*, ob stamina tria

II. PENTASTEMONII L. *Pentandri* — — — quinque

C

III. TRI-



III. TRIPOLI Linn. *Trigyni*, ob pistillum triplex.

III. HEXASTEMONII L. <i>Hexandri</i>	ob stamina sex	
IV. OCTOSTEMONII L. <i>Oelandri</i>	— — octo	
V. ENNEASTEMONII L. <i>Enneandri</i>	— — nouem	
VI. DECASTEMONII L. <i>Decandri</i>	— — decem	
VII. DODECASTEMONII L. <i>Dodecandri</i>	— — duodecim	
VIII. ICOSASTEMONII L. <i>Icosandri</i>	— — viginti	
IX. POLYSTEMONII L. <i>Polyandri</i>	— — plura.	

IV. TETRAPOLI Linn. *Tetragyni* pistillo quadruplici.

I. TETRASTEMONII Linn. <i>Tetrandri</i> ob stamina	4.
II. PENTASTEMONII L. <i>Pentandri</i>	— — 5.
III. OCTOSTEMONII L. <i>Oelandri</i>	— — 8.
IV. POLYSTEMONII L. <i>Polyandri</i>	— — 20. plura.

V. PENTAPOLI Linn. *Pentagyni* pistillo quintuplici.

I. PENTASTEMONII Linn. <i>Pentandri</i> ob stamina	5.
II. DECASTEMONII L. <i>Decandri</i>	— — 10.
III. ICOSASTEMONII L. <i>Icosandri</i>	— — 20.
IV. POLYSTEMONII L. <i>Polyandri</i>	— — 20. plura.

VI. HEXAPOLI Linn. *Hexagyni*, pistillis sex.

I. HEXASTEMONII Linn. <i>Hexandri</i> ob stamina	6.
II. ENNEASTEMONII L. <i>Enneandri</i>	— — 9.
III. POLYSTEMONII L. <i>Polyandri</i>	— — plura 20.

VII. DECAPOLI Linn. *Decagyni*, pistillis decem.

DECASTEMONII Linn. *Decandri*, stamina 10.

VIII. DO-





VIII. DODECAPOLI Linn. *Dodecagyni*, pistillis duodecim.

DODECASTEMONII Linn. *Dodecandri*, ob stamina 12.

IX. POLYPOLI Linn. *Polygyni*, pistillis viginti pluribus.


I. PENTASTEMONII Linn. *Pentandri*, ob stamina 5.

II. HEXASTEMONII Linn. *Hexandri* — — 6.

III. ICOSASTERONII L. *Icosandri* — — 20.

IV. POLYSTEMONII L. *Polyandri* — — plura 20.

Quod supereft, indicem hunc generalem, utpote rudiorem et imperfectiorem, quam cupiebam multo, perficiendi otium non in praesenti folum deest, sed neque mihi, qui in Botanicam specialiorem totus non incumbo, satis integrum id futurum perspicio. Quare ad praefantiam systematis Sueciei mea qualicunque commemoratione aliquid malim conferre, quam inter tot tantasque eius collationes tenuem hanc et vix dignam lectoris perspicacia operam plane deponere.



C O N T E N T A

<i>Plantarum secundum sexus diuisio bo-</i>		
<i>die admodum in iuſu ſt</i>	p. 3	
<i>Ab plantarum ſexu, etiamſi datur, nulla</i>		
<i>diuiſio duocenda</i>	3. 4	
<i>Circulus liquoris vegetarii arque ſemi-</i>		
<i>nalis forte non iſ, quem ſyſtema ſexu-</i>		
<i>ale, fundamenti loco ponit</i>	4	
<i>Quodnam plantarum ſyſtema ceteris</i>		
<i>praeferendum, difficile dictu eſt</i>	4. 5	
<i>Allegoricum, cur improbadum</i>	5	
<i>Genera plantarum ſuprema ab floribus</i>		
<i>repeti, omiſſa feccia allegoria, naturae</i>		
<i>admodum conuenit</i>	5. 6	
<i>Nomina in ſyſtemate ſexuali minus com-</i>		
<i>mode formata ſunt; au piſillum vere</i>		
<i>multiplex?</i>	6	
<i>Classes berbarum ab ſtaminibus et ordines a</i>		
<i>piſillis, contra diuisionis leges, ſyſtema</i>		
<i>ſexualis defumit</i>	7	
<i>Allegoria ſexus in ſyſtemate potuifſet, de-</i>		
<i>buiſſerque euifari</i>	7. 8	
<i>Quibus poriſſimum de cauſis? praefer-</i>		
<i>tim ſi ad fecundationis parium qua pi-</i>		
<i>ſillum, partim qua pollēn, modūm</i>		
<i>reſpiciuntur</i>	8. 9	
<i>Momenta, quibus ſyſtema ſexualē ad na-</i>		
<i>turam componi potest</i>	9	
<i>Generaliſſima plantarum quoad florem</i>		
<i>diuiſio</i>	9. 10	
<i>Sceriles ulterius flores ſubdiuidi fortas-</i>		
<i>fiſ nequeunt</i>	10	
<i>Plantae flore ſecundo in tres abeunt pro-</i>		
<i>uincias</i>	11	
<i>Quarum prima et tertia vix ſubdiuifo-</i>		
<i>nem admirunt; et ſola Polofemonia-</i>		
<i>rum diuidenda reſtat</i>	11. 12	
<i>Eius diuiſio ex piſillorum numero, diſtiſ-</i>		
<i>etis ordinibus, concinnatus</i>	12	
<i>Huius diuisionis ratio, occaſio, arque ſche-</i>		
<i>ma</i>	12. 13	
<i>Flores fecundi monopolii</i>	13. 16	
<i>Dipoli, Tripoli</i>	17	
<i>Tetrapoli — Polypoli</i>	18. 19	
<i>Monitum</i>	19	

E R R A T A.

p. 10. lin. 8. a fine lege non ſolum prouocatur. p. 11. lin. 3. a fine  
lege deſumtoſ.



56 3703



WIP  
n.c.





# Farbkarte #13

